




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Memoriale Ad Eminentissimum Et Reverendissimum
Cardinalem De La Cveva E Sacra Congregatione Sanctæ
Inquisitionis Circa Qverimoniam Frivolam Iansenianam
DD.P.S.I. Contra Theses Theologicas Et Libellvm ...**

Bivero, Pedro de

[S.l.], [ca. 1641]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73733)




Th. 447a



D. 7

5.





MEMORIALE
AD EMINENTISSIMUM
ET REVERENDISSIMUM
CARDINALEM
DE LA CUEVA

Alphonsus?

E SACRA CONGREGATIONE
SANCTÆ INQUISITIONIS
CIRCA

QVERIMONIAM FRIVOLAM
I ANSENIANAM

DD. P. S. I.

C O N T R A

THESES THEOLOGICAS

ET LIBELLVM SVPPlicem

P.S.I. CAPELLÆ REG. BRVXELL. CONCIONATORIS:

EIVSDEM DE EODEM

INGESTA TELA, ET REGESTA.

3

QUANTVM AD
THESES THEOLOGICAS
DE GRATIA
ET
LIBERO ARBITRIO,
CONTRA
COR. IANSENII AVGVSTINVM
DEFENSAS
Apud PP. SOCIETATIS
Louanij die 22. Martij M. DC. XLI.

Eminentissime Domine,

QMNES pij & modesti obstupuerunt Patrum Societ. impetum animorum & splendidissimam bilem. Nam Theses eiusdem cum Augustino Ianseniano genij (quas hic ad calcem libelli inspiciendas recudi) à 13. annis apud PP. Minoritas Hibernos publice, oppugnantibus etiam Patribus Societ. propugnata Louanij fuerant; silentio, aut nullo qui in publicum exiret, tumultu. Vnde apparet (& ipsi etiam mihi vltro fassi sunt) nullo alio calore in flammis istas exaruisse, quam animoso zelo defendendi quosdam suos Authores, quos in Semi-Pelagianorum errores imprudenter lapsos Iansenius dixerat: Si enim à nominibus nostrorum abstinisset; inquebant mihi, Iansenij liber, vt ceteri solent, sine cuiusquam remora, per omnium manus ambulasset. Vnde rationes alie, quas iam commenti sunt videntur solum esse pretextus; & peccato, quod Iansenio & testamenti eius executoribus affricant, edendi librum de gra-

QMNES pij & modesti obstupuerunt Patrum Societatis constantiam animorum, & splendidissimum zelum. Nam etiam si Theses eiusdem cum Augustino Ianseniano genij (sunt qui dicant & calami) à 13. annis apud PP. Minoritas publicè oppugnantibus Patribus Societatis, propugnatae Louanij fuerunt, silentium iam amplius minimè censuerunt. Vnde apparet nullo alio calore in flammis istas sancti sui zeli exaruisse, non tam vt defenserent quosdam suos Auctores, in quorum opiniones more scholastico, & exercendi ingenij gratià tunc disputatum est, quam tuendi potius veram fidem eximendi quæ suos à notâ Semi-Pelagianorum, quam falsò illis Iansenius imposuerat. Vnde rationes alie, quas Ianseniani iam commenti sunt, videntur esse pretextus, & peccato, quod Patribus affricant edendi Theses de Gratià contra prohibitionem S. D. N. Pontificis, ipsi se executores testamenti foediùs contaminarunt, imò & ipse dum viueret Iansenius

A 2

ria contra prohibitionem S. D. N. Pontificis, ipsi multò se sædiùs contaminauerunt contumeliosissimis istis The-
sibus.

Sed Thesibus agere licitum, in-
quunt, studio indaganda veritatis.
Etiãne, quando Theses liber totus
erit? Igitur nimis simplex Iansenius,
qui Augustinum suum Theses non
appellauerit. Deinde Tannerus, Ma-
rarius, aliique Societatis Theologi non
valde Religiosi Pontificia prohibitio-
nis nuper fuisse videntur, dum in o-
mnem diuinã gratiã & liberi arbi-
trij materiã liberaliter se diffude-
runt. Francisci Suarez quidem extol-
lunt obedientiam. Sed quid de tota re
auxiliorum censeat, satis ex opusculis
eius & libris ipsis de Gratiã patet. Et
vt insignem, quam meretur, in Se-
dem Apostolicam, obseruantiam of-
tenderet, debuit sanè ter admonitus,
vt ferunt, corrigere que de confessio-
ne sacramentali perperam posita e-
rant; nec postea liber eius iisdem ma-
culis deformis in lucem exire.

Vrgent quoque Octauij Episcopi
Colatini, quondam hic Nuntij, præ-
ceptum sub pœna excommunicationis
latæ sententiæ, ne alterutra pars alte-
ram hæreseos aut eius suspitione ausu
temerario condemnare præsumeret:
In quod ipsi iterùm sanè aperte impe-
gisse videntur, cum R^{mum} D. Ianse-
nium hereticis erroribus iuxta Lu-
therum & Caluinum ponunt: &
eum toto libro acerbè, si non crudeli-
ter, dilacerant.

Virum enim vndique præclarissi-
mum, ingenio sublimem, doctrinã in-
comparabilem, pietate & amore diui-
no flagrantissimum, moribus & totã
vitã integerrimum, Episcopali digni-
tate fulgentem, tanquam scurrã &
nihil hominonem, in scenã pro-
ducunt

fenius contumeliosissimo (si rege-
retur) suo libro.

Thesibus agere licitum studio in-
dagandæ libertatis, etiã quando ex
Thesibus liber totus erit, vt publice
defendantur: Igitur non nimis sim-
plex Iansenius, cum Augustinum
suum in publicis Disputationibus dis-
cutendum non exposuerit, ne larua
sui Augustini detegeretur, & impe-
diretur. Deinde Tannerus & Ma-
rarius valdè Religiosi Pontificiæ prohi-
bitionis fuissent, si non rebelles (vt
nuper Ianseniani nominati) sed mo-
niti parati essent desistere ab opere,
dum in Diuinã gratiã, & liberi ar-
bitrij materiã liberaliter se diffude-
runt. Et quidem pro meritis Francisci
Suarez extollitur obedientia. Est,
quid de tota re auxiliorum censeat, sa-
tis ex opusculis eius, & libris ipsis de
Gratiã pateat. Et vt insignem, quam
meretur in Sedem Apostolicam ob-
seruantiam, ostenderet; expositionem
congruam Pontificalis Decreti de
Confessione sacramentali per litteras
quam Confessionem numquam admi-
serat, omisit.

Vrgendum quoque Octauij Epi-
scopi Calatini quondam hic Nun-
tij præceptum sub pœna excommuni-
cationis latæ sententiæ, ne alterutra
pars alteram hæreseos, aut eius suspi-
cione ausu temerario condemnare
præsumeret. In quod sanè aperte im-
pegisse videtur Iansenius, & videntur
ij, qui tam graues Patres & Auctores
Societatis iuxta Pelagium & Semi-
Pelagianos positos acerbè, si non cru-
deliter, dilacerant.

Quos Pontifices ipsi iudicant vi-
ros vndique præclarissimos, ingenio
sublimes, doctrinã incomparabiles,
pietate & amore diuino flagrantissi-
mos, moribus & tota vita integerr-
mos, Episcopaliũ dignitatum re-
nuntiatione fulgentes; tanquam nihil
hominum.

Tela ingesta.

ducunt, & traducunt in pompam: vi-
rum modestissimum vocant Thra-
sonem, sincerissimum & candidissi-
mum, impostorem; submisit, & in
humili S. Augustini officina ad v-
nguem expolita anima ubique accu-
sant, arrogantiam, petulantiam,
supercilium; & adhuc mirantur, &
eum infamant, quod veritus ne liber
semicusus & informis ab aduersariis
opprimeretur, si fama præcox eum
vulgasset, domestica & secreta Ty-
pographia cogitauerit excudere! Quam
prudenti & iusto metu id agitauerit,
tempestate sua aduersarij iam satis
probant.

Et hæc quidem ab illis, qui infam-
iæ genus omne suo alpersum
nomini, Christianæ charitatis
igne, pollunt, solentque conco-
quere.

Ita inquit, ast hæreseos labe
commaculati eos, qui vitam &
sanguinem Orthodoxæ religioni
propagandæ consecrarunt, & im-
placabile bellum hæreticis indi-
xerunt, enimvero id minimè fe-
rendum.

Sed Iansenius hæreticos eos non ap-
pellat, sed quod Suarez de Vazquo,
quod Bellarminus de eodem, Molina,
Lessio, in Pelagij quosdam errores,
non sponte, sed imprudenter, dicit in-
cidisse. Alias labores eorum pro Eccle-
sia communi Matre lubens in viuis ag-
nouit Iansenius; modò cogitarent se
non solos esse, & patienter sinerent alios
etiam in parte aliqua Dominica vi-
nea talentum impendere; modò per-
penderent, doctrinam ordinis sui non
esse fidem Ecclesia, nec hanc à Molina,
Lessio, Suario, Vazquo, Iansenio fi-
lius suis, sed à Christo sponso depende-
re. Si murmur, etiam plebis, & Reli-
giosorum diuersi Ordinis attendere voluisset, plura fortasse potuisset addere.

Tela regesta.

homunciones, ne dicam scurras, in sce-
nam librariam producit, & in pompam
traducit Iansenius; viros modestissi-
mos, maximè gloriosos vocat, hoc est,
Thrasones: sincerissimos & cãdidissimos
scriptores, falsorum testimoniorũ alle-
gatores, hoc est, impostores, & in humi-
li S. Ignatij officina ad vnguem expoli-
tas animas accusat arrogantia, petulan-
tia, supercilij. Vnde non mirum quod
veritus, ne liber semiexcusus & infor-
mis supprimeretur, si fama præcox
eum euulgasset, domestica, & secreta
typographia cogitauerit excudere.
Quam prudenti & iusto metu id agi-
tauerit, tempestat ipsa, quam suo
excitauit libro, fat probat.

Et hæc quidem ab illo, qui ante in-
famiam genus aspersum nomini Societatis
charitatis igne, prætexens rellum, se conto-
quere posse præsumpsit.

Ita sit. Ast hæreseos labe contaminari
eum, qui vitam & sanguinem Orthodoxæ
religionis paratus esset consecrare, & impla-
cabile bellum indixerit Pelagianis, & Se-
mi-Pelagianis; id, inquit, minimè feren-
dum: & tamen non ferri solum, sed et-
iam gratias agi volunt pro falsis erro-
ribus falsò defensoribus Christianæ
veritatis impositis.

Nemo hactenus Iansenium hæreti-
cum appellauit, sed in quosdam erro-
res non spontè, sed imprudenter di-
cunt incidisse. Aliàs quid laborauerit
libenter agnoscunt: modò cogitaret
se non solum esse, & patienter sineret
alios etiam in parte aliqua stare pro S.
Augustino: modò perpenderet do-
ctrinam suam non esse fidem Eccle-
siæ, sed à Christo sponso suo depende-
re. Si murmur etiam plebis, & Reli-
giosorum diuersi ordinis circa eius li-
bros attendere voluissent, plura for-
san possent adicere.

Quod

Tela ingesta.

Quod hominem peste, morte inopinâ sublatum, suggerunt: tan-
zumdem Gallis improperare possunt
de S. Ludouico. Alij Iansenium mi-
raculo tunc ablatum credunt, quan-
do diuinum illud AVGVSTINI O-
pus ad calcem perduxerat, cui absol-
uendo se à Deo creatum, dicere solitus
erat.

Vnde aliquot diebus ante morbum
& mortem, cum paucula lineola du-
cenda superessent, domestici mirati
sunt insolitam hilaritatem morum &
vultus; cum aliâs tranquillâ & per-
petuâ seneritate undique soleat esse
compositus.

Sed Hollandus fuit, inquit,
Iansenius. Adicere etiam poterant,
ex patria Adriani VI. Pont. Max.
Ruardi Tapperi, Martini Dorpij, Cu-
neri Petri, Adami Sasboldi, Iac. Ian-
sonij, Iac. à Castro, Guil. Lindani,
(quem Card. Baronius, Non tantum
omnis generis litterarum erudi-
tione clarissimum, verum etiam egregij
Confessoris fidei nobilita-
tum insignibus dicit: Quippe qui
exilia, proscriptiones, ærumnas
incredibiles, ac mortes ferè fre-
quentes inconcusso robore fidei
causâ sustinuerit) Gasparis Barzæi
(qui fuit è primis S. Ignatij discipulis,
& Xauerij per Indias comes indiui-
duus) Petri Canisij, & tot illustrium è
Societate Iesu virorum conterraneus.
Vt enim lucernæ clariùs micant in te-
nebris densæ noctis, vt ignis antipe-
ristasi frigoris vehementiùs inarde-
scit; ita Religionis Catholicæ feruor in
Hollandis & vicinis rebellibus Pro-
uinciis hæreticorum ambitu magis ac-
cenditur & flammescit. Certe qui
Iansenium nouerunt, nihil illo fuisse
dicunt fide constantius, charitate fla-
grantius, spe excelsius. Non dubitant,
quin Dei gratiâ, in publico Theatro
orbis, si occasio tulisset, ceruices, & to-

Tela regesta.

Quod hominem peste, morte inopinâ,
sublatum suggeritur, non obicitur;
nec est cur comparetur cum S. Ludo-
uico, quem sanctum adhuc in vitâ, nec
in morte fuisse constat. Nec est cur
Iansenius miraculosâ prouidentia
conseruatus credatur, donec deatum
illud Augustini opus ad calcem pro-
duxisset, cui absoluendo se à Deo
creatum (suâ modestiâ) dicere solitus
erat.

Ne dies efflet sine lineâ, aliquot die-
bus ante mortem, cum paucula lineæ
ducendæ superessent (vtinam illæ fo-
rent rectæ) domestici mirati sunt in-
solitam hilaritatem morum & vultus;
cum aliâs non nihil morosus esset, sicut
in verbis suis seipsum prodit

Sed Hollandus fuit Iansenius. Non
abnuo. Fuit ex patriâ Adriani VI.
Pontificis Maximi, Ruardi Tapperi,
Martini Dorpij, Cunerij Petri, Adami
Sasboldi, Iacobi Iansonij, Iacobi à
Castro, Guiljelmi Lindani (quem
Cardinalis Baronius, Non tantum om-
nis generis litterarum, verum etiam egregij
confessoris fidei nobilitatum insignibus di-
cit: Quippe qui exilia, proscriptiones, æ-
rumnas incredibiles, ac mortes ferè fre-
quentes inconcusso robore fidei causâ susti-
nuerit) Gasparis Barzæi (qui fuit è pri-
mis S. Ignatij discipulis, & Xauerij
per Indias comes indiuiduus) Petri
Canisij, & tot illustrium è Societate
Iesu virorum conterraneus. Sed non
ided esse desit ex pago Prouinciarum
rebellium & infidelium. Nisi velis
Hollandiam fidelem Regi, & fideho-
rem Ecclesiæ nuncupare, sicut &
nuncupas, sed per antiperistasi. Vt
enim lucernæ clariùs micant in tene-
bris densæ noctis, vt ignis in antipe-
ristasi frigoris vehementiùs inardescit:
ita Religionis Catholicæ feruor in
Hollandis, & vicinis rebellibus Pro-
uinciis hæreticorum ambitu magis
accenditur, & flammescit. Nemo est
qui nesciat Doctores Catholicos Hol-
landiam tulisse; tulit & viros pios, sed
plures

Tela ingesta.

rum corpus pro fide Catholica laniandum animosissimè obtulisset, inter cruentas carnificum manus tam impavidus, aut fortasse magis, quàm illi qui pessimo exemplo, tam incomparabilis & sanctissimi Episcopi fidem suspectandam orbi theatralibus suis disputationibus propinant. Vir etiam erat, tam veritatis amans, inconcussi animi, & firmi pectoris, ut Regibus & Principibus intrepidus audeat verum dicere, quibus hodie alij adulantur, aut rerum futilium & caducarum metu auriculas demittant, nec rotum edicere audeant quod è Rep. & salute Principum esse sciunt.

Quantum ad doctrinam Theſum & hæreses quæ obiectantur Iansenio, debuissent auctores S. Augustinum cum Iansenio in eodem Parallelo iuxta Lutherum & Calvinum componere. Nihil enim Iansenius à se dicit, sed omnia ex S. Augustino; & tantâ doctrinæ catenatione ac euentiâ Augustini sensum esse ostendit, ut omnes qui tranquillâ mente ad lectionem accedunt, iurare penè ausing, intimam S. Augustini mentem attigisse. Aut si aduersarij negent, & viri sunt, calamum arripiant, catenam illam frangant, & aliorum S. Doctoris sensum deducant.

Non est satis vocasse PSEUDO-AUGVSTINVM, restituant nobis verum pro mendaci, & ostendant se aliquot mensium spatio amplius in S. Augustino, quàm Iansenium annis XXII. profecisse. Sed non facient, & purga-

Tela regesta.

7

plures hæreticos Deo, & Regi suo rebelles. Et certè qui Societatem, & Iansenium norunt, dicunt illo esse, & fuisse fide constantiorem, charitate flagrantior, & spe eminentior. Non dubitant quin Dei gratia in publico Theatro orbis, si occasio tulisset, ceruices & totum corpus pro fide Catholica animosissimè obtulisset, inter cruentas carnificum manus tam impavidus, sed (phrasi Hispanica) dubitat Augustinus; an fortasse magis, quàm illi qui piissimo exemplo tam incomparabilis Cenforis in carpando & sentiendo, doctrinam suspectandam Scholasticis suis Theſibus propinant. Sunt enim viri tam veritatis amantes, inconcussi animi & firmi pectoris, ut Regibus & Principibus audeant dicere qualis Iansenius sit, quales & Ianseniani, nec auriculas demittant, sed rotum edicant, quod è Republica Christiana, & salute spiritali Principum esse sciunt.

Quantum ad doctrinam Societatis, & hæreses quæ obiectantur à Iansenio, debuissent non Augustinum suum, sed S. Augustinum aliosque Patres cum Patribus Societatis in eisdem Parallelis iuxta Pelagium, & Semipelagianos componere. Nihil enim dicunt Patres, sed ea omnia ex S. Augustino, aliisque sacris Doctoribus, & tantâ doctrinæ catenatione, & euentiâ Augustini & ceterorum sensum ostendunt, ut omnes qui tranquillâ mente ad lectionem accedunt, iurare penè ausing, intimam eorum mentem attigisse. Aut si aduersarij negent, & viri sunt, calamum arripiant: catenam illam frangant, & aliorum sanctorum Doctorum sensum deducant; prodeant in campum, ne è cuniculis leporinis loquantur.

Non est satis vocasse Pseudo-Augustinum: restituant nobis verum pro mendaci, & ostendant se Iansenium annis XXII. amplius in S. Augustino quàm spatio plurium annorum Patres Societatis profecisse. Sed non fecit, & purgatores Iansé-

Tela ingesta.

purgatiores apud eos, ut audiimus, non obscure vident. Ideo S. Augustini mentionem & nomen timent, maluntque ad Patrum vetustiorum tribunal, quando Pelagianis nondum litigantibus, ut ait Augustinus lib. 1. contra Iul. cap. 6. securius loquebantur, causam totam deferre. Tentavit idem Iulianus, & tamen Apostolica Sedis sententia, vni victori Augustino damnatus est.

Nulla igitur, nulla (reclamant alij) à capite ad calcem insolentissimarum Thesium, est Iansenij hæresis, nisi etiam (quod credere impium) sit Augustini. Quæ enim ex Augustino aduersarij pro se rapiunt, obscuro ferè quidam textus sunt, quos sibi obiicit & optimè explicat Iansenius, si attendere vellent: id est, tela sunt à Iansenio iam fracta, quorum fragmina in eum languida manu regerunt.

Probationes deinde ex Scripturâ sacra, Concilijs, Patribus, Scholasticis, quales & quàm perturbata: verba, sententias, sensus contorquent, mutant, conturbant, ut Iansenio valeant impingere. Vbi Augustinus dixit, verum est omnino omnes homines hoc posse, si velint: ipsi rescribunt, Augustinum ipsemet dixisse, omnes omnino posse si velint. Bullæ Pij V. & Gregorij XIII. quæ incipit, Ad futuram rei memoriam, os detorquent, ut dicat, Ad perpetuam rei memoriam. & non perpetuam litteris capitalibus scribunt; addentes, propositiones illas, non dumtaxat ad tempus fuisse prohibitas, sed ad PERPETUAM rei memoriam DAMNATAS, PROSCRIPTAS, ABOLITAS; ubi tamen in Bulla non habetur, proscribendi, verbum, sed, circumscribendi: nec perpetuam, sed futuram.

Vocem tamen, eidem Bullæ perpetuam assutam, aiunt apud solum Vasquium reperiri; cum Suarez etiam eam inserat, & in explicatione mentis Pontificum, ea se adiuvet.

Sed

Tela regesta.

Ianseniani, ut audiimus, non obscure vident. Ideo mentionem & nomen magnorum Theologorum timent, maluntque ad sui & noui Augustini tribunal, quando Pelagianis nondum litigantibus, ut ait antiquus & verus, lib. 1. contra Iulian. securius loquebantur, causam totam deferre. Tentavit idem Iulianus, & tamen Apostolicæ Sedis sententia, vni vero & victori Augustino damnatus est.

Nulla igitur, nulla (reclamant alij) à capite ad calcem solentissimarum Thesium est doctrina, quæ verè non sit Augustini. Quæ enim ex Augustino Iansenius pro se rapit, obscuro ferè quidam textus sunt, quos conicit, & sibi obiicit, ac malè explicat, si attendere vellent, id est, tela sunt in Thesibus iam fracta, quorum fragmina in earum defensores manu languida vnus typographi regerunt.

Probationes deinde ex Scripturâ sacra, Concilijs, Patribus, & Scholasticis quales, & quàm perturbata: verba, sententias, sensus contorquet, mutat, conturbat, Iansenius, ut bonis Patribus valeat impingere. Vbi Augustinus dixit, Verum est omnino omnes homines hoc posse, si velint: ipsi verè sentiunt Augustinum ipsemet dixisse, omnes per gratiam Dei posse si velint. Bullæ Pij V. & Gregorij XIII. quæ incipit, Ad futuram rei memoriam, os obseruant & accipiunt ac si dicat, Ad PERPETUAM rei memoriam, & non PERPETUAM litteris capitalibus, ut inuenitur, scribunt: addentes ritè ac rectè propositiones illas non dumtaxat ad tempus fuisse prohibitas, sed ad PERPETUAM rei memoriam DAMNATAS, PROSCRIPTAS, ABOLITAS, & licet in Bulla non proscribendi, sed circumscribendi, verbum habeatur, proscriptas passim eas vocat Iansenius, & Indicis Auctor.

In voce tamen eiusdem Bullæ, quæ apud Vasquium, & Suarium reperitur, autographum consulatur.

Sed

Tela ingesta.

Sed quia hoc Pontificium Diploma tanquam validum scutum Iansenio sæpe & S. Augustino opponunt aduersarij, sciant, Iansenium interpretationem eius à Vasquio, Bellarmino, & Toletis qui illud Louanij sub Gregorio XIII. publicauit, didicisse. Nec eam fortasse Suarez miraretur, si totam nati Diplomatis historiam perspectam habuisset.

Michael enim Baius magna eruditionis, eximia pietatis ac modestiæ vir (quarum virtutum encomia à Patribus Tridentinis, quò à Rege Catholico missus fuerat Louanium retulit) cum videret, ut ipse publicè factus est, apud hæreticos nostri æui, Theologiam Scholasticam, cuius ipse erat professor, propter eloquentiæ sordes & inusitatam in veteri Ecclesia phrasim, abire in risum & contemptum, statuit eam ad sacræ Scripturæ & SS. Patrum, præsertim S. Augustini stylium reducere. Hinc alij quidam, partim etiam in Baium emulatione (sic à maioribus accepimus) nouitate offensi, propositiones varias ex scriptis eius ceperunt colligere, & acerbis ac importunis Romæ sollicitationibus damnationem earum extorquere: Cessit importunitati Pius V. Pontifex: sed Spiritu sancto ita Sedem illam dirigente, ut non in veterum Pontificum & S. Augustini doctrinam Censura impingeret. Nam rogatus etiam Pontifex, ut unicuique propositioni suam notam inueneret, noluit, sed sufficere ad sedandas Academia contentiones & turbas existimauit, si omnes uniuersim prohiberet, quia inter eas, quedam hæreticæ, aut erroneæ, aut suspectæ, aut temerariæ, aut scandalosæ, & in pias aures offensionem immittentes respectiue, essent. Hinc quia non pauca ex illis, eadem fere verbis olim à S. Augustino sunt asserta, eruditi piique viri, & Toletus ipse, narrante Vasquio, quasdam propositiones veras esse existimant, & ideo

Tela regesta.

9

Sed quia hoc Pontificium Diploma tanquam validum scutum Iansenio sæpe, & supposititio Augustino opponitur, sciant Ianseniani interpretationem à Vasquio, Bellarmino, & Toletis, qui illud Louanij sub Gregorio XIII. publicauit, malè didicisse. Vnde eam indubiè miraretur Suarez cum totam nati Diplomatis historiam perspectam habuisset.

Michael enim Baius (cuius nomini in Theibus paritum) magnæ eruditionis, eximiæ pietatis ac modestiæ vir (quarum virtutum encomia à Patribus Tridentinis, quò à Rege Catholico missus fuerat, Louanium retulit) cum videret, ut ipse publicè factus est, apud hæreticos nostri æui, Theologiam Scholasticam, cuius ipse erat professor, propter eloquentiæ sordes, & inusitam in veteri Ecclesia phrasim abire in risum & contemptum, statuit eam ad sacræ Scripturæ & SS. Patrum, præsertim S. Augustini stylium reducere. Hunc æmulandum sibi proposuit Iansenius numquam è cathedrâ sacram docens Theologiam, cuius deinceps Magister suus Augustinus, vel potius ipse voluit esse. Hinc alij quidam Baij libertate (sic à maioribus accepimus) & nouitate offensi, propositiones varias ex scriptis eius ceperunt colligere, & acerbis & opportunis Romæ conatibus damnationem earum negotiari. Cessit pijs votis Pius V. Pontifex: Spiritu sancto ita Sedem illam dirigente, ut doctrina quæ falsò S. Augustino adscribatur, (ut nunc adscribitur) damnaretur. Prohibuit omnes propositiones, alias tamquam hæreticas, alias ut erroneas, aut suspectas, aut temerarias, aut scandalosas, & in pias aures offensionem immittentes respectiue. Verum quidem est quia perpauca ex illis, ex septuaginta nouem, duas trese, eruditi piique viri, & Toletus ipse, narrante Vasquio, veras esse existimant, & ideo solum prohibitas, quia insolenti Scholasticorum pulpitis loquē-

B di

Tela ingesta.

& ideo solum prohibitas, quia insolenti Scholasticorum pulpitis loquendi more, scandalum & turbas creent. Multos deinde ex iis articulos a se assertos negavit Baius, sed errore, aut malitia collectorum sibi ascriptos.

Ex his patet, longè melius Iansenium aliosque mereri de Sede Apostolica, qui articulos istos non inuito Pio Pontifice, doctrina S. Augustini molliter applicant, quam eos qui S. Augustinum violentè & obtorto collo ad quorundam articulorum asperitatem alludunt.

Potuisset quoque Iansenius telum aliud ex Romano armamentario, longè penetrabilius, quam istud Baianum, aduersariis obicere.

Diploma nempe Sixti IV. aduersus Petrum de Riuo Philosophum Louaniensem, quo tanquam inuicto, Facultas Theologica nuper vsa in certamine Lessiano. Damnauit enim hanc propositionem Sixtus: Quod ex inimpedibili per necessariam sequitur consequentiam, hoc inimpedibile est & necessarium; quam Philosophus ille publicè coactus est abiurare. Quid autem aliud Lessiani dicunt (inquebant Academici) quorum hoc est axioma: Quando aliqua suppositio non est in nostra potestate ut ea ponatur vel non ponatur; id quod per necessariam consequentiam ex ea sequitur, absolute necessarium est.

Ceteros omnes famosarum Thesum mendos & errores colligere, longum foret ac difficile. Innumeri enim pænesunt, & quo sæpius, aut plurimum oculi eas inspiciunt, densiores & magis enormes maculas in iis reperiunt.

SS. Pa-

Tela regesta.

di more diuerso per omnia ab Augustino scandalum & turbas creent. Multos deinde ex his articulis a se assertos negavit Baius, sed errore, aut malitia collectorum sibi ascriptos, sed surdis loquebatur, nec audiebatur.

Ex his patet Baianum & Baianos, Iansenium & Iansenianos malè mereri de Sede Apostolica, qui articulos istos doctrina S. Augustini molliter, & eneruiter applicant; S. Augustinum violentè, & obtorto collo ad quorundam articulorum asperitatem alludentes.

Potuisset quoque contra Iansenium aliud ex Romano armamentario longè penetrabilius, quam istud Baianum emitti.

Diploma nempe Sixti IV. aduersus Petrum de Riuo Philosophum Louaniensem. Damnauit enim hanc propositionem Sixtus: Quod ex inimpedibili necessariò sequitur, consequenter hoc inimpedibile est, & necessarium, quam Philosophus ille publicè coactus est abiurare: quoniam præiudicabat libertati, in cuius præiudicium non minorem Iansenius inducit necessitatem, ut inimpedibile sit resistere Gratia, & interdum non succumbere tentationi, & consequenter vtrumque necessarium. Longè aliud est illud axioma Lessianum, Quando aliqua suppositio non est in nostra potestate, ut ea ponatur, vel non ponatur, id quod per necessariam consequentiam ex ea sequitur absolute necessarium est. At illa suppositio talis est, ut non antecedentem, sed consequentem solum inducat necessitatem, quæ non destruit, sed adstruit humani arbitrij libertatem, ut & nos Compluti defendimus & è cathedra docuimus vbi Iansenius fuit, & nullus fuit.

Cetera omnia famosorum librorum Iansenij menda & errores colligere longum foret, ac difficile. Innumeri enim pæne sunt, & quo sæpius, aut plurimum oculi eas inspiciunt, densiores, & magis enormes maculas in

iis

Tela ingesta.

SS. Patrum verba perperam, decreta Conciliorum, quo non vadunt, per vim detorta; Iansenio qua non cogitavit afficta, aliaque multa cum deformia, & viris illis indigna, ut nemo Catholicus & virtutum ipsorum amans, existimare possit ista sponte, sed nimia festinatione opprimendi Iansenium, perpetrata esse.

Videntur enim librum eius carptim & celerrimè transcurrissè, ut hinc inde caperent qua in speciem videbantur hæreticorum erroribus alludere: ac deinde ex Scripturis, aliter à se quam ab Augustino intellectis, ex Conciliis, SS. Patribus, Scholasticis, tanquam laxa, utraque manu ineruditè ad obsterendum hostem accumulasse.

Nam ecce in exemplum: aiunt Iansenium cum Luthero & Caluino negare, gratiam cooperari voluntati, & tamen milites inculcat Iansenius, utramque in opus bonum instuere, sed gratia cooperationem non esse pedissequam voluntatis, ut in primo homine & Angelis; unde subtilissimè & præcisè loquendo, gratia operatur, quia operatio ab ea incipit, voluntas humana cooperatur, quia gratia eam ad simul operandum trahit. Scripturam istam, Qui omnes homines vult saluos fieri, sæpe & valde urgent aduersus Iansenium, cum tamen non ignorent longè aliter, quam ipsi dissimulent accipi ab Augustino, & constanter eorum reieccisse interpretationem, qua etiam fuit Massiliensium: sufficiat nunc nobis vnicus locus ex Epist. 107. Manifestum est eos qui huic resistunt tam perspicuæ veritati, non intelligere omnino quâ locutione sit dictum, quòd omnes homines vult Deus saluos fieri, cum tam multi salui non fiant, &c.

Sed

non fieri, contraria esse non possunt. Nec sunt contraria quandoquidem in effectû non saluantur, quod stare potest, & debet cum affectu simplici salutis humanæ, ac proinde alio modo verba Apostolica intelligi possunt.

B 2

Mirum

Tela regesta.

illis reperiunt. SS. Patrum verba perperam, decreta Conciliorum, quo non vadunt, per vim detorta, Patribus Societatis, quæ non cogitarunt, afficta, aliaque multa deformia, & viro illo indigna, ut nemo Catholicus & virtutum ipsorum amans existimare possit ista quomodolibet, sed nimia affectatione opprimendi eorum opiniones perpetrata esse.

Videtur enim libros eorum carptim, & celerrimè transcurrissè, ut hinc inde caperet, quæ in speciem videbantur hæreticorum erroribus alludere: ac deinde ex Scripturis aliter à se quam ab Augustino intellectis, ex Conciliis, SS. Patribus & Scholasticis tanquam laxa, utraque manu ineruditè ad obsterendos hostes accumulasse. Nam ecce in exemplum; non aiunt Iansenium cum Luthero, & Caluino negare gratiam cooperari voluntati, & tamen bene aiunt eò alludere: nam etiam si milites inculcet Iansenius utramque in bonum opus influere, negat tamen gratiam se ita attemperare voluntati liberæ, ut pro sua libertate possit illam abire, aut acceptare. Quod non tollit quominus semper gratia potiores partes habeat, & suam primariam obtineat dignitatem. Scripturam istam, Qui omnes homines vult saluos fieri, sæpe & valdè urget Iansenius, cum tamen non ignoret longè aliter, quam ipse dissimulet, accipi ab Augustino, & constanter eum recepissè interpretationem, quâ utebatur S. Augustinus, ab utebantur verò Massilienses. Sufficiat nunc nobis vnicus locus ex Epist. 107. Manifestum est eos, qui huic resistunt tam perspicuæ veritati non intelligere omnino quâ locutione sit dictum, quòd omnes homines vult saluos fieri, cum tam multi salui non fiant, &c. Et si quo alio modo illa verba Apostolica intelligi possunt, ut tamen huic apertissima veritati, in quâ videmus tam multos volentibus hominibus, sed Deo nolente saluos

Tela ingesta.

Sed mirum est, ausos esse etiam S. Prosperum in eandem trahere sententiam, cum apertissime, non à Massiliensibus, hostibus suis capitalissimis, sed; verum à Iansenio & Magistro suo Augustino. Vbi est illud, inquit Epist. ad Rufinum, quod nobis quasi contrarium, à non intelligentibus semper opponitur; Quod Deus omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire? Numquid non sunt de omnibus hominibus, &c. & illud, de solis electis propriè intelligi ibi alibi que docet. Nec repugnant alia illa verba, qua Thesum conditores allegant. Fulgentius quoque discipulus alter Augustini: Illud Apostolicum, Qui vult omnes homines &c. non sicut oportet, Massilienses intelligunt, qui hanc voluntatem, sicut in vasis misericordiæ, sic & in vasis iræ accipiendum existimant.

Sententiam quoque Iansenij de pœnis paruulorum, sciunt esse S. Augustini, & vtriusque Academia Belgica, cui è Louaniensi Ex. Viri M. N. Guiliel. Fabricius, Ioan. Palud. Guil. Mercerus, Aegid. Baius, Ioan. VViggers, Henric. Rampen, Ioan. Schinckelius, Corn. Iansenius, F. Michael Pallud. E Duacensi Bartol. Petrus Lintrinsis, Iac. Pollet, Franc. Syluius, Georgius Coluenerius nuper subscripserunt, & in vtraque Schola sapè publicè cum S. Augustino defenditur. Breuiter, Serenissime Princeps, Theses istæ ad suppressendam priorem Augustini Ianseniani dedicationem Celsæ. Sua dedicata, magnificis in limine promissis, si quis interiora aspexerit, non respondent. Clypeus Alcibiadis, sed inuersus; superficies formosa: Sileri intus sunt. Viros Religiosos, prudentes & eruditos, cum luctu affirmantes audiui: existimare se, infaustarum Thesium conditores, plus scâdali vicinis hæreticis, & mali Ecclesiæ Catholice,

Tela regesta.

*Mirum est ausum Iansenium S. Prosperum in suam trahere sententiam, cum apertissime steterit à Magistro suo S. Augustino non ab Augustino Iansenij. Vbi est illud, inquit Epistol. ad Rufinum, quod nobis quasi contrarium à non intelligentibus semper opponitur, Quod Deus vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire? Numquid non sunt de omnibus hominibus, &c. Bene illud de solis electis magis propriè, de aliis minùs ergo propriè ac minùs principaliter intelligi ibi alibi que docet. Accedit & in Theibus Fulgentius discipulus alter S. Augustini, à quo ita stat, dum ait l. de Incarn. c. 31. *Ut enim quisque saluetur, nulla præcedunt humane voluntatis bona merita, sed sola Dei voluntas humane saluationis est causa.* Non itaque voluntas humana, cuius partes agebant contra gratiam Pelagiani & Massilienses, asserentes re ipsa homines per se saluari posse. De effectu res est, non de affectu, vt dictum est.*

Sententiam quoque Iansenij, more Aulæ solènter per Typo-Graphiarium, & Secretarium expeditam de Consilio quorundam DD. de pœnis paruulorum ita absolutam & certam sciunt non esse Augustini Academiae & Academicis, cum scripserit ad S. Hieronymum; Cum ad pœnas ventu est paruulorum, magnis (mibi crede) coartior angustiis, nec quid respondeam, prorsus inuenio. Breuiter, EMINENTISSIME DOMINE, ad suppressendam priorem Thesium Theologicarum dedicationem REGLÆ INFANTIS CARDINALIS CELSITVDINI factam magnâ in limine scilicet Querimoniâ, si quis interiora aspexerit, non respondent, quod & accidit Iansenio, imponenti augustum & magnificum nomen Augustini. Clypeus Alcibiadis, sed inuersus; superficies formosa: Sileri intus sunt. Viros Religiosos, prudentes, & eruditos cum luctu affirmantes audiui: existimare Conditorum talium librorum plus scâdali Catholicis, & mali Ecclesiæ Christi.

Tela ingesta.

ce, isto vno libello conciliaſſes quam boni, omnibus P. Leſſij libris, & quotquot ab ipsis hic, a condito Societ. Collegio conſcripti ſunt.

Non eſt igitur, quod Celf. Suam iudicij & electionis pœniteat, quando Ianſenium ad Cathedram nominauit Ipreſem. Nemo e Belgio à centum forte & amplius annis, omnes veri Episcopi, quas Paulus ad Timotheum & Titum deſcribit, dotes propius in ſe expreſſit, nemo qui tantam apud omnes, qui nouerant, ſuſtinuit expectationem.

Hactenus, Eminentiff. Domine, de Querimonia Zeguerſiana contra Theſes, ſcripta de *conſilio P. S. I.* per Typographarium ingeſta & regeſta.

Nunc *Errata Typographica*, quæ Typogr. Louan. in ſua impreſſione commiſit contra libellum ſupplicem.

B ;

Menda.

Tela regeſta.

13

Chriſtiana ſuis ſcriptis conciliaſſe, quam boni multis ante editis eruditiffimis libris, qui in Belgio conſcripti ſunt; accedentibus in hanc partem magna Academia Louaniensis vera Theologia Cathedraticis Doctõribus. Quamuis libro Ianſenij primũ viſo, congratulati ſibi ſint Miniſtelli aliquot Bataui, eum tandem diuinitus, ſi Superis placet, illuminatum ad ſua caſtra acceſſiſſe. Vti & Vraſilauicæ in Sileſia gloriati ſcribuntur, ſe ſuarum partium ſtrenuam propugnatorum eundem eſſe naotos, cum Catholicis, in ea vrbe degentibus, ne quidem de nomine Ianſenius innotuiſſet.

Non eſt propterea, inquiunt, quod Celfit. Suam iudicij & electionis pœniteat, quando Ianſenium ad Cathedram nominauit Ipreſem, ſiquidem ex relatione bona & ſatis bona quorundam. Nemo e Belgio à centum forte & amplius annis, omnes veri Episcopi, quas Paulus ad Timoth. & Titum deſcribit, dotes propius in ſe præſerebat, nemo qui tantam apud omnes ſuſtinebat expectationem: Nouit Deus, & tempus docebit.

PAG. J. QVERIMONIA IACOBI
ZEGERS.

PAG. I. *Aduersum libellum R.P.
S.I. Regia Capella Bruxell. Conciona-
toris.*

PAG. I. *Ad Serenissimum Prin-
cipem Cardinalem Infantem.*

PAG. 3. *Obtulit nuper Cels. Suae li-
bellum Reu. Pater Societ. . . . aduer-
sus Rmi D. Cornelij Iansenij nuper Epi-
scopi Iprensis, quam typis euulgauit,
Augustinum.*

PAG. 3. *Id enim Roma apud S. In-
quisitionem agitare dicuntur, oblato
etiam in eam rem ab eodem Suae Cel-
situd. Concionatore libello Eruinen.
Cardinali de la Cueva.*

PAG. 3. *Magnis enim impendiis
(etiam vxorcula mea dote in id in-
iecta) librum excudi.*

PAG. 3. *Plurima adhuc exemplaria
domi habeo.*

PAG. 3. *Viri tamen ubique piissimi,
qui nullo nisi veritatis affectu labo-
rant, opus illud, vt diuinum & celo
delapsum, ardentissime amplexantur.*

NE futor ultra crepidam. Substi-
tuatur nomen auctoris, vel au-
ctorum, qui tuis typis vel litteris vsi
sunt.

Addenomen & cognomen, quod
est in libello. Nec est, nec esse vult
ἀντινομαστίας Concionator, præ ceteris se
maioribus.

Dele. Hoc est enim capitale erra-
tum, vt gregarius typographus coram
tanto Principe sic agat, & Theologicè
quidem. Imponis Principi, cum ihu-
ria Iansenianorum, nolentium vel
non valentium suum Iansenium per
se, & suo nomine, tueri.

Lege, *quem*. Adde Augustinum Ian-
senij, sed non ita Iansenium S. Augu-
stini.

Dele, *in eam rem*, cum multò antè
liber fuerit ad censuram Patrum Pur-
puratorum Romam euocatus. Alia
mens libelli supplicis fuit. Sed Hispa-
nicè non plus forsàn, quàm Latine in-
telligis.

Dele, *vxorcula mea*. Scilicet ab
vxorculæ Louanensis dote Ecclesiæ
Catholicæ definitiones pendebunt?
Quin merces tuas in Hollandiam
mittis, isthic placituras? Viam nosti,
qui nuper vexeris. Caue tamen in
Galliam, vbi liber duplo vilior est, vel
quia boni non emunt, vel quia isthic
curantibus amicis tuis reculus, nihil
vxorcula tuæ dotem morantibus. Eos
saltem oportebat magis *vxorcula* tuæ
misereri.

Suboluere fortassis Catholicis Ger-
manis sublestæ merces, fides sub-
lestior. Ideòne domum remittunt?
Nolunt fortè sinceri homines sibi aqua
Calibus missam pro vino obrudi.

Laborant veritatis affectu? Grauis
sanè morbus & periculosus. Porro
dele, *diuinum*; neque enim omne diui-
num est, quod è cælo cecidit, vel iam
cadit, velut grando & fulmina &c.
illud potius *deinum*, quàm *diuinum*, di-
xeris.

Dele

PAG.

Menda.

PAG. 4. *Diuinissimam & profundissimam S. Augustini Theologiam . . . omnium oculis ita exposuit, ut cacos esse oporteat qui intimas, quæ latebant, fibras non videant.*

PAG. 4. *Ad hanc autem nouam Ianseniani Augustini lucem pij doctiq; exultans.*

PAG. 4. *Iam intelligitur, quo pede & basi sit Theologia mystica.*

PAG. 4. & 5. *Sed qua causa R.P. Concionatorem impulit, ut Emum D. Iansenium, tam Diuine & amabilis Theologia instauratorem ad S. Inquisitionis tribunal tanquam hereticum vocaret? . . . Mouido, inquit, del justo zelo, que vn discipulo debe tener en honor de su Maestro; y mas siendo tan grande el Maestro, como fue el P. Gabriel Vasquez.*

PAG. 5. *Iansenius ausus est dicere, Imperitiam doctrinæ S. Augustini tantam in Vasquez passim apparere, ut alienis, non suis oculis illius scripta legisse videatur.*

PAG. 5. *Censuram eius in S. Augustinum esse insolentem, temerariam, & imperitam. Dixerat enim P. Vasquez ex opinione S. Augustini de peccato originali, nos cogi incidere in sententiam Pelagij. Vbi rem tam indignam non ferens Iansenius, Quid enim, inquit, magis temerarium dici potest?*

porinus totus, qui dum viueret non est ausus mutire & effutire quæ scripta reliquit. Vasquez optimè per Vasquium defenditur, ut animaduertere potest qui eum legit & intelligit; & patet ex meo libello sup-
plice.

Emendata.

Dele S. quia in Cornelio Iansenio tantum est *Augustinus*, non *Sanctus*. Nec *fibra* sunt istæ, sed *simbria* compositæ ad speciem.

Explica quinam hi. Ianseniani forte, quibus lux vetus Theologiæ velut noua displicet, quia Iansenio non placet.

Adde, *quoniam antea à nullo intelligebatur*. Dele autem *basi*; quia in vno stans pede titubat & vacillat.

Dele *Diuinæ Theologia instauratorem*; quem vt talem nollet agnoscere Academia Louanienfis.

Dele, *tanquam hereticum*; cum id non fit in libello supplice. Citationum causâ scholasticè in eo agitur. Non verò ibi, sed alibi citatio facta est ad tribunal sanctæ Inquisitionis.

Adde, ipse est, qui alienis oculis legit Vasquium; & si propriis, vnus eorum qui *videntes non vident*. Quod *si videretis non auderetis contradicere*, vt ait contra Iulian. S. August. Et sanè dicebant nuper viri eruditi & apprime in Theologia docti, nec nostri Ordinis, videri Iansenium nullum Doctorem Scholasticum inspexisse: ergo nec Vasquium.

Adde. D. Augustinus premebatur circa essentiam peccati originalis, vt ipse fatetur in epist. ad Hieronym. & idèd premebatur, quia perspiciebat periculum in quo erat. Ad hoc ipsum periculum alludens Vasquez ait nos cogi incidere in sententiam Pelagij, de quo ipse sibi dubius adhuc Aug. cauebat. Vnde insolens est & plena masculabile censura Iansenij & Iansenianorum. *Insultant lepores leoni mortuo*. Le-

Menda.

PAG. 7. *Viderit ergo quàm prudens & eruditus fuerit P. Vasquez; contra quem hæc Augustini elogia & eximia laudes dirigi à Suario existimant eruditi.*

PAG. 7. *Viderit quàm prudens & eruditus confrater eius Mariana, qui, non omnes, inquit, & se inter eos esse ostendit, Augustini in eo (predestinationis negotio) sententiam probant. Horrida multis videtur & aspera.*

PAG. 8. *Suarez quoque alibi dicit sententiam P. Vasquez de cogitatione congruâ, quàm ubique pro gratiâ Christi inculcat, & ut à se inuentam dissuadiatur, destruere veritatem internæ Gratix, & nihil in re differre ab errore Pelagij. O si hoc Iansenius ausus fuisset! Non tantum esset salitre por los tiros que haze a tales Maestros, sed plus quàm Lutheranus & Calvinista.*

PAG. 8. *Nec ibi stat Suarez, sed pergit: Quæ sanè, inquit, omnia (quæ sequuntur ex opinione Vasquez) toleranda non sunt. nam doctrinam Pelagij planè continent, nec Catholici Doctores (Vasquez & Vasqueziani) cum quibus disputamus, illa concedunt. Sed quod optamus, est, ut nos doceant modum firmum & solidum vitandi hæc incommoda.*

PAG. 9. *Hæc sunt vulnera, quibus se domi quasi silentio confodiunt Cadmei fratres, aduersus alios, si minimo digito tangantur, tam vocales & clamosi. Sed præclarum est Emin. Belarmini de Vasquij, Molina, Lessij, Gratiâ efficace testimonium: Hæc opinio, inquit, aliena est omnino à sententiâ Scripturarum diuinarum, &*

Emendata.

Contra quem? Pro quo nempesunt elogia S. Augustini Hipponensis, non Augustini Iprensis. Collyrio hæc tibi opus est.

Adde, quod omisisti, & non omisit Mariana; Neque video hæcenus certo aliquo Ecclesie decreto fixam, ut absolute non liceat resillire; sed in medio relictam, uti pleraque scholæ placita. Non igitur accusat, sed excusat. An mutilatum in officinâ tuâ Marianæ erat exemplar, in quâpiam auctione redemptum? an oculi, quibus vsus es, videre integrum noluerunt?

Exclama potius: O si plus de petra salis, quàm de salpetra Iansenius habuisset, alius fuisset. Quod attinet ad Suarium, suppositâ conditione loquitur: Si talis inquit, sit cogitatio, quæ per externam obiectorum propositionem mere naturalem, id est, cum solo concursu, & generali providentiâ Dei comparari possit. Quid si ita non comparetur, ut ait Vasquius? Multum differt ab errore Pelagij. Et tu cæcutis, qui inuentorem noui Augustini laudas, & inuentorem solius vnius nominis Gratix congrua ita damnas.

Adde, Reueretur tantus Doctor R. P. Vasquez, nec detrectauit ab illo edoceri in eo quod ipse non ita perfecte assequatur.

Cadmei fratres? Fabulam vir bone non intelligis. Non hi Cadmei fratres, quos designas, domi integro seculo tam concordēs, ut nec ipsa in eos hoc in genere calumniam fabricari inuidia potuerit. Placuit tamen illa fabula tuæ Querimonix architectis, ut vel tibi poetice illuderent, qui Cadmi filias, litteras, inquam, à Cadmo

Menda.

& euerit omnino fundamentum prædestinationis diuinæ, quam S. Augustinus ex diuinis litteris solidissime comprobauit.

PAG. 9. Vnde postea anno M.DC.XIII. à R.P. Claudio Aquauia Societatis nostræ Præposito Generali post diuturnam & diligentem huius rei discussionem, decreto peculiari improbata est, inquit Tannerus.

PAG. 10. Vt cum R.P. Tympe-
lius (quem sepe narrantem audimus)
statisse eum ea de re alloqui, & co-
nari in sententiam P. Lessij parum in-
flectere, monitus fuerit à Socio R.P.
Generali, ne quæso sententiæ illius
mencionem apud R.P. Generalem
iniiceret; aliàs futurum ut in apo-
plexiam (verba R.P. Marci sunt) aut
deliquium animi incideret.

PAG. 11. Vt autem ad P. Vasquez
redeam, ignoscimus zelo & naturali a-
mori R.P. Concionatoris in suum Ma-
gistrum. Quem tamen speramus iam
paulisper remittere, ubi intellexerit à
Patribus eiusdem Societatis acerbius,
quam à Iansenio vapulare.

PAG. 12. Eximij & doctissimi
Scholastici, in hac Academiâ nuper
Professores, quoties mentio P. Vasquij
incideret, dicere solebant, se ad re-
fellendum Vasquium non alio
Auctore, quam Vasquio indigere.

PAG.

Emendata.

17

dmò inuentas, satis etiam inscitè,
tractas. Cetera ad eandem fabulam
pertinent. Alios fingis ex tuâ naturâ,
qui non tam typographus Louaniensis
es, quam, ut tibi moris esse audio, præ-
co egregiè *vocalis & clamorosus*. At cur
questus gratiâ omittis, quod omitten-
dum non erat? Adde quod addidit Bel-
larm. *Quantū ego existimo*. Hoc verbum
cetera temperat: hoc clama, & satis est.

Adde, quòd hoc decretum, ut ni-
per lectum est Louanij, publicatum
non est, & si publicaretur, ut aiunt qui
præsentis fuerunt, & imprimis R. P.
Mutius Vitellescus, qui nunc Gene-
ralis est, viderent omnes decretum
esse de acceptione gratiæ sufficientis
& efficacis, quæ vtraque à nostris
omnibus, sed non in eodem sensu, do-
cetur. quid allegas?

Adde, *credat qui volet*. nec enim
credibile est, quòd P. Tympe-
lius de conditore decreti, cum Romæ
non fuerit regente R. P. Aquauia
fuit Romæ sub P. Generali Mutio,
cuius socius Coadiutor est similibus
rerum ignarus. Nec animi deliquium
ei viro metuendum, qui sexto iam
lustro vniuersam Societatem, tot vn-
dique procellis concussam, impertur-
batus sui que semper similis sustinet.
Ast ubi? quibus testibus? quâ occasio-
ne hæc tibi P. Tympe-
lius narrauit? vel
testes profer, vel tibi, etiam publico
Præconi, & iurato, non credemus.

Satis errasti, & aberrasti, *redi. Igno-
scimus*, inquit. Adde, suspectum ver-
bum quando venia sine spe emenda-
tionis offertur. Magnum initium ti-
moris, ne quod falsò dicis de Vasquio,
tibi accidat.

Hic desiderantur nomina & cogno-
mina. An ij similes fortè Academicis,
qui olim idem iactabant de S. Thoma.
Et de Bellarmino hoc ipsum occla-
mant hæretici. Nec damnarem si quis,
Vasquium per Vasquium refelleret, ut
ego per tela ingesta & regesta tuum
scriptum refutaui.

De se

Menda.

PAG. 13. Verùm duas præcipuè hæreses ex AVGVSTINO Iansenij, tamquàm maximè notabiles ac deformes, Serenissimo Principi representat.

PAG. 13. Primo quod Concilium Tridentin. dicat. Et si Christus pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt. Iansenius verò id negare videatur, & affirmare tantùm mortuum esse pro electis.

PAG. 13. Sed idem olim obiectum S. Augustino à Semi-Pelagianis. Vnde idem responderi potest R. P. Concionatori, quod S. Prosper illis: Cùm rectissimè dicatur Saluator pro totius mundi redemptione crucifixus, propter humanæ naturæ susceptionem, & propter comunè in primo homine omnium perditionem, potest tamen dici pro his tantùm crucifixus, quibus mors ipsius profuit.

PAG. 14. Atque hæc capitalis, si Deo placet, Iansenij hæresis, cuius etiam fama cum Auctoris infamiâ per Religiosarum claustra, & c. iam ambulat, mirantium quam ratione Iansenius tam apertè hereticus, in Doctorem Theologum, ac deinde à Serenissimo Principe Cardinale in Episcopum Ipresensem sit assumptus.

PAG. 14. Bruxella quoque libellus duodecim articulorum viris & feminis nobilibus intrusus, in infamiam doctrinæ Auctoris it per manus; ex arte veteri prorsus, & more Massiliensi. Quidam Christianæ fraternæ charitatis obliti, & c. afferentes talia in nostro esse sensu, qualia diabolico continentur Indiculo.

PAG. 15. Secundo R. P. Concionator valde exaggerat, quod gratiam sufficientem, quæ semper effectu caret, & sine quâ tamè homo peccare nõ posset, Iansenius monstruosam appellaverit.

PAG. 16. Nec veram gratiam Christi monstrum vocavit, ut R. P. Concia-

Emendata.

Dele duas hæreses. Puras intelligis, quæ legis? In textu est Catholicus veradatus. Nullùmne Dictionarium Hispanicum in tuâ prostat officinâ, quod consulat?

Dele, Videatur, nam absolute negat tom. 3. lib. 3. c. 20. & concludit: Ex quo factum est, ut iuxta sanctiss. Doctorem non magis Patrem (Christus) pro aternâ liberatione ipsorum, quam pro diabolo deprecatu fuerit.

Adde, non debet, sed potest dici, quòd propriè pro electis, minùs autem propriè pro reprobis sit etiam mortuus, ac proinde rectè omnes dicuntur redempti, ut ex Prospero liquet; sed Iansenius & Ianseniani, sicut in Magistrum, S. Augustinum, sic etiam in discipulum Proserperum peccant.

Dele, apertè hereticus: Hoc tamen apertum est, quòd assumptus ad lauream & mitram non eo ipso confirmatus in gratia, & in fide est. Detur hoc solum Apostolis, nec Iansenij detur Augustino, quod nec concessum S. Augustino.

Adde, Quis hic libellus? cuius? cui datus? quid continet? à quo promanavit? declara. Tunc vtere S. Prospero, sed cum cautelâ, ne de indiculo libri Iansenij ita loquantur ex S. Proserperi verbis.

Adde, Quis hoc somniauit vel inter spectra nocturna? solus vnus qui appellavit monstrum naturæ, si talis gratia concederetur, ut & aliquos alios terreret.

Dele inuidiosè, substitue Theologicè. Dele ex monitrositate illâ. Ex qua necessario

Menda.

Concionator inuidiosè inculcat, sed ex monstrositate illà nullam eiusmodi gratiam dari hominibus lapsis colligit.

PAG. 28. *Censura.*

PAG. 28. *Pro veritatis, & innocentia iusta defensione veritas manifestanda est, non errores dissimulandi.*

PAG. 28. *In quem finem humilis & supplex Querimonia meritiò in lucem edipotest.*

Emendata.

fariò colligeretur Christum passum non fuisse secundum sufficientiam pro reprobis, qui non sunt vti, imò nec vti voluerunt beneficio sacræ passionis, & si illis hoc medicamentum assignetur, incidere necesse est in idem monstrum, quod plus quàm erratum typographicum est.

Censura. Adde. Pro Librario, & libro, non pro libello supplice, ritu Aulico, sicut nec pro Thesibus Theologicis, more Academico, necessaria, vt patet in Thesibus Patrum Minoritarum Hibernorum adiectis, & obiectis.

Veritas manifestanda est. Adde, sicut & manifestata est per Theses Theologicas, ac libellos oblatos. *Nec errores dissimulandi.* Adde, cuiuscumque gradus sint auctores & fautores, siue Doctoralis siue Episcopalis.

Adde, si placet, *In, vel, contra quem finem, humilis & supplex Querimonia.* Adde Iacobi Zegers viri litterarum multarum, quas ex eius officinà accepit & habuit impressus Augustinus Iansenij. *Meritiò in lucem edipotest.* Adde, sed nec potest nec debet edi cum Typographicis erratis, in quibus sibi complices habuisse, habemus fatentem reum, nec latent.

Eminentissime Domine,

POST ingesta tela, & regesta concludo meum memoriale, quod continet Errata Typographica, quæ si benè computentur, vocari poterit *Libellus centum errorum.* Quòd si adhuc duo desiderentur, vt centesimus numerus impleatur, adici poterunt, vt ignarus scribendi id quod scribit, Typographarius assumptus sit, & pro defensore Augustini Iansenij Typographus vnus prodeat in lucem, quam ceteri fugiunt compositores libelli: Habemus fatentem reum; *Quidquid hic narro, & dissero alienum est, & non natum in meo fundo.* Hic fundus, sicut & Africa temper noui aliquid fert, postquam enim iam absoluius ad prius obiecta responsionem, accipio eundem libellum creuisse non quoad ad hanc secundam partem,

partem, sed quoad primam, quæ pertinet ad sacras Theses Collegij nostri Louaniensis, respondentem per se, & pro se argumentis aduersariorum. Veniant, si placet, ad earum disputationes, & illas oppugnent, & dein loquantur. Interim, si possint, taceant. Duo autem indigent responsione, & maximè displicebunt Em. V. quæ ad extremum referuntur. Primum, *Epistolam*, inquit, *Nobilis Prelati Louanium ad notum quemdam missam, fortâ sè delectabit hic vidisse.* Epistola grâuis est & acerba, sed opponere possem grauiorem & acerbiorum in Iansenium & Iansenianos missam ad me de maiore & potentiore manu; sed absit vt vim per vim repellam, & fidenter datam epistolam typis mandem. Satis fuerit eandem litteras ostendisse iis, qui possent de veritate testari, quas & apud me seruandas duxi. Secundum, & quod minimè ferendum, quia manifestè falsum, illud est: *Sentiunt hæc aduersarij, ideoque pauidi iam Bruxella satagunt inhibere, ne calami Academici in Theses suas resringantur, id est, postquam Iansenium lethali ictu confixerunt, telum euelli, & curari vulnus nolunt. Satagunt inhibere.* In qua Curia? Numquid Ecclesiastica? apud Illustriss. Archiepiscop. aut Reuerendiss. Pro-Nuntium? Curia sacra pronuntient. *Satagunt inhibere.* Numquid apud aliquod Concilium, DD. Præsidem, & Cancellarium? inquiratur, veritas deprehendatur, & falsitas arguetur. Numquid in Aula apud Ministrum? signetur, nominetur. Numquid & apud ipsum Principem? Minimè, Celsitud. Suam appello. Miretur V. Em. audacter hanc ipsam falsam obiectionem excusam typis oblatam vni Sereniss. Principi, conscio ac certo nihil simile à nobis tentatum, vt nec quidem vel minimâ cogitatione meditatam. Ad hanc eandem formam sunt cetera. & quod iactant de calamis Academicis contra Theses, melius & verius dicerent in Iansenium, cuius scriptis illustrior pars Academiae exacerbata est; sicut etiam contra acrimoniam, acerbiteratamq; loquendi iure quasi hereditario virtute sui testamenti transmissam ad posteros cum conditione, vt possit in eos retorqueri sicut & retorta est. Huic enim periculo, quoties sonant voces & verba solum, eorum declamatores subiecti sunt. Nec vero eius formæ stylo vsus fuisset, nisi in manus ipsi dedissent, quo possent ita configi. Hic primus & solus scriptiois nostræ scopus est, vt intelligant, quàm imbellia tela contorserint, qui eisdem verborum & vocum telis conficiuntur, & vt repræsentem V. Em. non esse nobis litem cum S. Augustino, cuius laudes nobis obtrudere conantur, quasi ab eo deficeremus, cum tamen eius doctrinam, (vt in omnibus Thesium articulis patet) sequamur & amplectamur, sed illum Augustinum Iansenianum nec nosse nos nec colere ingenuè fateamur, & firmiter sustinemus.

Pag. 4. libertatis, corrige veritatis. Pag. 6. ex patria, adde nondum hæreticâ. Pag. 8. tribunal, supple moribus antiquis.
Pag. 17. efficacia, efficacia.

LITTERÆ
ADIVNCTÆ MEMORIALI
AD
EMINENTISSIMVM
ET REVERENDISSIMVM
CARDINALEM
DE LA CUEVA
CIRCA
QVERIMONIAM IANSENIANAM.

Eminentiss^{me} & Rev^{me} Domine,



OSTQVAM anno superiore Cornelij Iansenij liber delatus esset, & Romæ de eius factâ editione contra prohibitionem Pontificiam, & simul de eius doctrinâ agitaretur, scripsi V. Em. 26. Ianuarij ineuntis anni, vt ostenderem quàm sinistrè, & quàm indignè graues nostros Doctores tractaret & allegaret, & inprimis P. Gabrielem Vasquium magnum

Magistrum, à quo habeo ac debeo quæ didici, quæ defendi, quæ docui. Itaque in tantum virum ac ceteros debiti honoris zelo tactus & actus, accepi calamum, vt supplicem libellum offerrem Sereniss. Principi Cardinali Infanti, & simul epistolam V. Emin. de Iansenio, deque eius iniuriis illatis tantis Societatis Patribus. Contra libellum & epistolam prodiit, tacito Auctoris vel Auctorum Iansenianorum nomine, *Querimonia*. Responsum adiunctum continet Memoriale: dignabitur Emin. V. illud inspicere non immeritorum litterarum, ex quibus pauca de multis testimoniis recipio, vt tria tela, thraconismi, impostura, & calumniæ, quæ in nostros immissa & ingesta sunt, regeramus.

Si quis gloriose de se, & insolenter de aliis loquatur, thraconis-

†

smus

smus est, cuius nostros insimulat sæpè Iansenius: nec dissimulan-
dum est, obiici posse gloriosè ipsum de se, de nostris verò insolent-
ter locutum fuisse. Nemo qui viderit & legerit eius libros inficias
ibit. Ille ipse est, qui prædicare solebat *se creatum à Deo, vt Augusti-
num suum perficeret.* Magnum elogium; singulare privilegium non
concessum S. Thomæ, cum tantus esset Theologus, siquidem non
teriam suam partem cœptam, & imperfectam reliquit, vt nemo di-
cere queat (imò multò minùs ipse de se) conditum fuisse, vt sa-
cram suam absolueret Theologiam. Cùm S. Augustinus dubius
esset circa essentiam peccati originalis, sicut & ipse ad B. Hierony-
mum scribit, variè de eâ sentiebat, nec quiescebat timens sibi, ne
incideret in errorem, coactus esset incidere per viam, quam semel
elegerat, ni reliquisset, vt annotat P. Valquius, in quem Iansenius:

*Iansen. no. 2.
lib. 1. c. 1.*

*In qua censura insolenti vtrum temeritas an imperitia palmam ferat nescio.
Item, imperitia S. Augustini tanta in eo passim apparet, vt alienis non suis
oculis illius scripta legisse videatur. Ad eamdem insolentem formam exci-
pit Suarium, Mirarer sanè scriptoris illius in re tanta vel incuriam vel son-
nolentiam, nisi iam sæpè experientia comperirè eam plurimùm non infimè nota
viris in Augustino volutando cõtigisse. Cur quæso? Scriptor iste Pelagianam
obiectionem pro solutione Augustini arripens, existimavit ab eo suppositum
fuisse, quòd Adam non potuerit habere perseverantiam, nisi eam à Deo do-
nante accepisset. Verè tu ipse obdormisti, qui talia dixisti. S. Augu-
stinus loquatur. Sed illud magis querendum, copiosiusque tractandum est,
quomodo respondebimus eis qui dicunt (nimirum argumento ad hominem)
Non habuit perseverantiam, & si non habuit, utique non accepit. Cum
quis ad hominem argumentatur, verba ipsius allegat, & S. Augusti-
nus sua esse non negat, sed admittit. Facile, inquit, responderetur cum
perseverantiam non habuisse, quia in eo bono, quo sine vicio fuit, non perseve-
ravit. Plurima sunt similia, quæ insolentiam suam arguunt cœlute,
(ne dicam Censoris.)*

*Iansen. lib.
1. de gratia
primi hom.
c. 17.*

Arguit Patres verissimos *imposturae*, quòd pro veris falsa im-
ponant: attamen ipse viderit, an meliùs & euidentiùs posset
redargui. Pro cuius rei confirmatione non vnum vel alterum tes-
timonium, sed totus, quantus est liber adduci in exemplum pos-
set. Adduco tamen hoc vnum: imponit (mirabitur Emin. V.) quòd
Deum verum S. Augustini non colamus. Dixerat P. Suarez Deum
posse pro sua libera voluntate æternis etiam pœnis addicere ho-
minem, si vellet, quòd verissimum est. Audiatur, precor, Emin. V.
Iansenium: *Quod omnem horrorem superat. Quid immanius, & horribi-
lius de diuina iustitia dici posset? Fateor, non intelligo. Subiungit nihilomi-
nùs; Hoc tamen mihi videtur veraciter posse dici, quòd si illa doctrina de
Deo vera est, alius ab Augustino, & antiquitate cultus est Deus, quam ipsi
colunt.*

*Iansen. no. 3.
lib. 3. c. 1.*

colunt. Sit tamen nobis solatio, quòd hoc ipsum obiectum fuerit S. Augustino, sed à Iuliano hæretico Pelagiano; *Amolire itaque te cum tali Deo tuo de Ecclesiarum medio: non est ipse, cui Propheta, cui Apostoli crediderunt.*


Redarguit insuper calumniæ Patres ab illa immunes, cùm ipse sit reus, calumniatus namque ita est, vt Semi-Pelagianismi Catholicæ religionis defensores, & propugnatores insimulauerit, inuolvens cum ceteris Emin. Card. Bellarminum: *Quis verò, inquit, non miretur hoc tam oculatis viris accidere potuisse? Quis verò miretur postquam accidit eos in mirabilium hallucinationum seriem vno errore ex alio consequente precipitados, totamque Christianæ, & medicinalis gratiæ faciem esse perturbatam: Item; Quemadmodum tempore Augustini malè audiebat Ecclesia, quòd Manicheisimam traderet, ita nunc propter quorundam recentiorum nouas opiniones traducitur, quòd Pelagij sensa de arbitrij potestate, & libertate docet.* Grauis calumnia non solum in Societatem, sed etiam in vniuersam Ecclesiam, cuius purpurarius Princeps V. Emin. est, & idèd gloriofior, vt lib. contra Petilian. c. 16. S. August. & ipse simili calumniâ affectus gloriatur; *Non sanè parua est, parumque gloriosa consolatio cuiusque nostrum, si ab inimicis Ecclesiæ cum Ecclesia crimimur.* Hæc itaque gloria V. Emin. cum sancta Ecclesia, hæc nostra gloriosa consolatio cum sancta Ecclesia, & V. Emin. sacra purpura, pro nomine IESV contumeliam pati.


Sed illud maxime dolendum est, quòd ab vno Episcopo hæc tam graua dicta profecta sint. Colenda quidem dignitas est personæ, sed non vitia vel in ipsis Regibus ac Principibus, sicut ipse Ianfenius fassus est, & pro summa eius laude deprædicauit Canonicus Norbertinus in funebri oratione referens se ad proæmium M. G. vbi hæc Ianfenius: *Regibus timorem, honorem, reuerentiam deberi scio, sed maiorem veritati.* Item, *Ignoravi fateor illas conscientiarum strophas, quibus iustitia plerumque leditur, dum nescio qua religionis peruersione hominibus parcere, quàm veritati volumus, quasi verò non vtrumque fieri possit, vt & aduersus homines obseruantia, & aduersus vitia censura seruetur. Quapropter si quid durius forsitan hîc inciderit, vel potiùs alicui visum fuerit, in facta non in personas actum sit.* Cùm ita se res habeat, nec in Theſibus, nec in libello in Episcopum, sed in dicta eius inquirimus secundùm eandem formam, quam sibi ipse præscripsit. Hîc finio, &c.

Iansen. l. 3.
de gratia
Christi
c. 30.


BURO
DE
TR
.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.






Boko
Dell'alt
T...
• III





Book
No. 100
1800





BOSCO
DE DRO
ET FIDE

Th
447a

Bosco
De Deo & Fide
Item
Theses varia.
.D IV
7